



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel  
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo  
Distribvta**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§. 8. Apostolici pauperes, cur suas opes abiecerint, ad pedes Apostolorum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](#)

sant, &c. Qui igitur totum despicit mundum,  
totius mundi dominus est, teste Domino, qui  
Deuter. 11. cap. ait: *Omnis locus, quem cal-  
cauerit pes vester, vester erit.* Pes siquidem in-  
scripturis affectum significat. *Calcare enim de-  
spicere est.* Ille profecto totum mundum pedibus  
calcat, qui cuncta mundana contemnit. *Vnde ex  
ore Domini omnium illorum Dominus factus est.*  
*Proinde 2. Cor. 6. Apost. ait: tamquam nihil  
babentes, & omnia possidentes.*

## §. VIII.

*Apostolici pauperes, cur suas opes abiecerint, ad  
pedes, Apostolorum?*

Huc usque S. Bernardinus conuenienter,  
non dictis tantum, sed etiam factis Aposto-  
lorum, & primitiæ Ecclesiæ, primisque  
Christianis. *Neg, enim quisquam egens erat* A.D. 40340  
*inter illos. Quotquot enim possessores agrorum,*  
*aut domorum erant, vendentes afferebant pre-  
tia eorum, qua vendebant, & ponebant ante pe-  
des Apostolorum.* Non solum ob humilita-  
tem, & reuerentiam erga Apostolos, qui-  
bus, ut vult Hugo, ea flexis genibus obtule-  
runt; verum etiam ut ostenderent contem-  
nū diuitiarum, quasi eæ non manibus tra-  
ctandæ, sed pedibus calcandæ essent. Ita  
enim Arator loquitur:

*Calcare*

464 Cap. XVII. Ver alans paupertatis,  
Calcandumq; docent, quod subdunt gresso-  
bus aurum,

De quo terrena veniunt ad pectora chry-  
Quamquam etiam ea re demonstrarunt, si  
non tam gratiam facere, quam recipere ab  
Apostolis. Maioris ducebant, ait Chrysostomus,  
quod ab eis reciperentur, quam quod da-  
rentur dona. Hoc enim est potissimum contum-  
nere opes, hoc est, pascere esurientem Christum;  
absq; arrogantia & fastu id facias: sicq; deus, qua-  
tibi ipsi plura, quam danti beneficia dare vide-  
ris. Das enim terram, recipis cælum, Co-  
drus ad breue tempus, Crœsus æternum fu-  
turus; immò Crœso incomparabiliter beatior.  
Finem enim æquè habuit Crœsi felicitas  
ac Codri calamitas.

### §. IX.

#### Codri pauperis historia.

Notissimum enim est, quid de Crœso,  
in historijs memoretur, sed quia opulentos  
valde erudit, hic mihi ex Herodoto recen-  
sendum est, vbi prius paucis de Codro natu-  
rauero, quantam ille, desertis opibus, &  
abiecta regia purpura, Atheniensibus victo-  
riam, sibi autem gloriam sit consecutus.  
Erant inter Athenienses & Dorienses simulta-  
tem habentium veteres offensæ, quas vindicaturi  
bello

Justin.  
lib. 2.